



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 49. S. Leonis ad Marcianum Litteræ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. nem litteras dedit, Fidei suæ testes. Tres  
A. C. 451. etiam Legatos misit, Casterium Presbyterum, Patricium, & Asclepiadem Diaconos, qui Acta Concilii Constantinopolitanæ, a Papæ Legatis conscriptas Notas de iis, quæ in Concilio contigerant, atque Marciani, & Pulcheriæ Epistolas Romam detulerunt.

## S. XLIX.

*S. Leonis ad Marcianum Littera.*

*Ep. 58.59.60* Sanctus Leo Papa ab Anatolio Legatus  
*al. 38.39.40.* dimisit post Festum Paschæ, quod anno 451. in octavam Aprilis incidebat,

iisdemque multas Responsorias ad memoratas Epistolas eadem die, nempe libibus Aprilis, Adelphio Consule, seu 13. Aprilis, anno 451. ferendas commisit. Ad Pulcheriam; agnoscere se satetur, ipsam tam contra Hæresin Nestorii, quam Eutychis ad Ecclesiæ emolumentum plurima præstitisse. Eusebium Doryleensem, qui Romæ erat, & in cuius Sedem intruserant Successorem, Principis favori commendat; is enim Cathedra sua depulsus, & alio in locum ejus subrogato, Romam ad Summum Pontificem se contulerat, utque calumnias dissiparet, quibus Nestorii Hæresi favere serebatur, præsentibus Legatis Constantinopolitanis suæ Fidei Professionem deposituit, affirmans, quod trium Conciliorum cœmen-

*ep. 59.*

menicorum Nicæni, Constantinopolita- Sæculum V.  
ni, & Ephesini Decreta recipiat. Præ- A. C. 451.  
terea S. Leo Pulcheriæ commendat Ju-  
lianum Coanum, hactenus Constantino-  
poli morantem, atque Clericos Constan-  
tinopolitanos, quorum fidelitas in Fla-  
vianum ad extrema durasset. Anatolio  
Fidei puritatem, & pacem Ecclesiæ Con-  
stantinopolitanæ gratulatur. In causa  
Episcoporum, qui metu turbati, & tre-  
pidantes condemnationi S. Flaviani sub-  
scriperant, id, quod in Concilio Con-  
stantinopolitano statutum fuerat, S. Leo-  
ni probatur, ut nempe interim ad solius  
Ecclesiæ suæ Communionem redigeren-  
tur; Veruntamen, subjungit, communi-  
cato cum Legatis nostris consilio, jubebi-  
tis, ut, qui jam male admissa tota mente  
damnant, ad nostram Communionem re-  
cipi possint. Quod vero ad illud attinet,  
an Nomina Dioscori, Juvenalis, & Eu-  
stathii ad Altare omittenda; id facietis,  
quod honori Flaviani non noceat, & ani-  
mos populorum contra vos non irritet.  
Rogat etiam Anatolium, ut Juliani Coa-  
ni, Clericorum, Flaviano additorum, &  
absente Eusebio, Ecclesiæ Doryleensis cu-  
ram gerat. Tandem præcipit, ut hæc  
Epistola publice prælegatur.

Tatianus, Romæ Præfectus, S. Leoni *Conc. Calc. I.*  
alteram Epistolam Imperatoris Marciani, p. c. 34.  
22. Nov. anni præteriti, datam, redditit,

L 1 5                  in

ep. 60.

Sæculum V. in qua significat, gratum sibi fuisse L.  
A. C. 451. gatorum ejus adventum, & ut in Orientem veniret, Concilium celebraturus invitat, & subjungit: *Si id commodum Tibi non sit, fac, ut per Epistolas tuas resciā; tuncque nostras in omnem Orientem, Thraciam, & Illyricum mittimus, quibus omnes Episcopi in certum locum, qui nobis placuerit, convocentur, ibique ea, quæ ad Pacem Ecclesiae, & Fidem Catholicam, pertinent, stabiliantur, sicut a Te juxta Canones definitum est.*

**Ep. 62. al. 42.** S. Leo 23. Aprilis respondit. Imperatorem rogat, ut Mysterium salutis nostræ ad Examen revocari non permittat, ac si de iis, quæ credenda sunt, dubium esset. *Non licet, inquit, vel minima via a Doctrina Evangelistarum, & Apostolorum discedere, aut divinas Scripturas aliter, quam Patres nostri didicerunt, & docuerunt, interpretari; ex quo sequitur, perverse jam quæstiones impia, dudum a S. Spiritu, quamprimum eas Daemon excitasset, extinctas, denuo moveri. Nihil magis æQUITATI repugnaret, quam si propter pauculos, circa Fidem insanientes, in dubium vocaretur, num Eutyches impie senserit, aut Dioscorus pessime judicaverit. Nulla jam quæstio est, quid fide tenendum sit, sed quibusnam ex illis, qui errorem patentur, ignoscendum. Cœterum, quid de convocatione Concilii*

cili sentiat, per Legatos se indicaturum Sæculum V.  
promittit.

A. C. 451.

Nam non longa mora post Legatorum  
fusorum redditum S. Leo alios duos Con-  
stantinopolim misit, Lucentium, Episco-  
pum Asculitanum, & Basilium Presby-  
terum; his injunctum, ut cum Anatolio  
illis ad Ecclesiam reducendis operam  
darent, quos sincera pœnitentia subiret,  
quod Dioscori Factio implicari se passi  
essent; hos non nisi maturo examine  
reciperent, nec tamen diu reconciliatio-  
nem different, aut nimio uterentur ri-  
gore. Iisdem Legatis tres Epistolas, ea-  
dem die, septima Junii, anno 451. datas,  
primam ad Imperatorem Marcianum,  
secundam ad Pulcheriam, ad Anatolium  
tertiam, ferendas commisit. In Epistola  
ad Imperatorem ait: *Quod ad Concilium*  
*convocandum spectat, Clementia tua me-*  
*minisse potest, me id ipsum expetiisse. At*  
*nostrorum temporum ratio nullatenus*  
*permittit, ut Episcopi ex omnibus Pro-*  
*vinciis accersantur, cum illæ, unde præ-*  
*primis essent vocandi, (nempe Occiden-*  
*tis) potissimum Bello turbentur, nec Pa-*  
*storibus a suis Ecclesiis discedere liceat.*  
Ergo rem banc in commodius tempus dif-  
fer, postquam per Dei Misericordiam se-  
curitas publica reducta fuerit. Impera-  
tricem Pulcheriam rogit, ut Eutychem  
procul ab urbe Constantinopoli depor-  
tari.

Ep. 63. c. 2.

ep. 64. al. 45.

c. 3.

Sæculum V. tari curaret, nocere enim hominis pro-  
 A. C. 451. sentiam, & in Ejus locum illi Monas-  
 sp. 65. al. 46. tio Abbatem Catholicum præfici. An-  
 c. 2. tolium monet, ne adhucdum de Factis  
 illius Principibus, qui Conciliabulo  
 præfuerint, quidquam decernat, etiam  
 pœnitentiæ signa darent, nec etiam Re-  
 conciliationis spem adimeret, sed hoc  
 Negotium Sacrae Sedi mature exam-  
 nandum reservaret, & interim ad Altar  
 in Ecclesia Constantinopolitana eorum  
 Nomina non recitaret.

## §. L.

*Attila in Gallia.*

*Fornand.* Bella, quæ Romanum Imperium illi  
*Cassiod. Chr.* tempestate misere vexabant, & con-  
*Prosp. Chr.* vocandum Concilium, S. Leone testa-  
*Marcell. &c.* retardabant, præprimis ab Hunnis mo-  
 vebantur; (\*) Populi hi feroce, olim  
 superata Mæotica Palude, usque ad ri-  
 pas Danubii pervenerant, atque Impe-  
 ratores Orientis ad præstanta tribun-  
 coegerant. Theodosio juniore Impera-  
 tore, ex Thracia primum, & Illyrico,  
 deinde etiam ex Achaja, & reliquis Gra-  
 cia

(\*) Hier hat der Uebersetzer, was ihm im Herrn Fleury nicht gefiel, ausgelassen, und über den Blätter aus andern Profan Schriftstellern eingeschaltet, deren Inhalt sich auf die Kirchengeschichte wie die Faust auf ein Auge schicket.